

tionibus post dimidium saeculum ab eo anno ad quem illae modo referuntur.

Resp.—Nihil ad rem textus responsionis Pro-Regis Henriquez: non enim loquitur de origine Imaginis B. M. V. de Guadalupe, nec de primaeva origine ejus Templi, et cultus, et devotionis erga illam, quae omnia ex Apparitione oriuntur; sed loquitur de causa (juxta quod ille intellexit) amplificationis Tepeyaquensis Templi, et augmenti devotionis, quod patet ex verbis ipsius Pro-Regis: dicit enim: “Y el principio que tuvo la fundacion de la Iglesia que agora está hecha, lo que comunmente se entiende es que el año de 1555 ó 56 estaba allí una ermitilla en la cual estaba la Imágen que agora está en la Iglesia.” Et postquam narravit curationem cujusdam infirmi, qui ad primum templum adivit, ait: “Y empezó á crecer la devocion de la gente,” etc.

Cur autem non narrat Pro-Rex unde haberetur Imago B. M. V. de Guadalupe, quaeque prima ejus Templi et cultus fuerit origo? Non duxit necessarium haec narrare, cum de iis non interrogaretur.

Praeterea Pro-Rex Henriquez non numeratur inter viros rerum nostrarum peritos. In his, quae dixit Regi respondens, praeter alia quae notant auctores, invenitur ambiguitas, et indeterminatio, et manifesta falsitas: ambiguitas dum infirmi curationem contigisse dicit anno 1555, vel 1556; indeterminatio cum de confratrum numero ait “dicen habrá cuatrocientos,” cum ex confraternitatis libris confratrum numerum certo scire potuisset; falsitas manifesta cum dicit nomen Guadalupe nostrae Imagini datum “por decir que se parecia á la de Guadalupe de España:” nec enim existit haec similitudo, ut patet ex utriusque Imaginis inspectione, nec illa est origo nominis

(1) V. Memoria sobre las Apariciones, etc., praeposita operi cui titulus Apologia de la Aparicion etc., auctore Guridi Alcoser.

Imaginis nostrae. Unde patet Pro-Regem Imagines non comparasse, quas similes credidit; atque etiam patet quam parum accurate de iis Pro-Rex inquisivit ut Regi responderet. Insuper Pro-Rex nihil dixit adversus Apparitionem.

Agnoscit ipse Muñoz hujus objectionis inefficaciam, eo quod non loquatur Pro-Rex de prima Templi origine, unde prosequitur: “Y cual pudo ser el origen y motivo de haberse fabricado esta ermita en aquel sitio? . . . Dígalo Fr. Bernardino Sahagun.” Utique necesse est alium dicere, quae non dixit Pro-Rex.

Obj. 5.—Arguit ergo Muñoz: “Vean (los defensores de la Aparicion) lo que escribe (Fr. Bernardino Sahagun) en su Historia hablando de las idolatrias de los mexicanos acerca de las aguas y montes: Estas son las palabras: “Cerca de los montes hay tres ó cuatro lugares donde solian hacer muy solemnes sacrificios, y venian á ellos de muy lejas tierras. El uno de estos se llama Tepeacac, y los españoles llaman Tepeaquilla, y agora se llama Nuestra Señora de Guadalupe. En este lugar tenian un templo dedicado á la madre de los dioses que la llamaban Tonantzin, quiere decir nuestra madre. Allí hacian muchos sacrificios á honra de esta diosa y venian á ellos de muy lejas tierras, de mas de veinte leguas de todas estas comarcas de México y traían muchas ofrendas: venian hombres y mujeres y mozos y mozas á estas fiestas: era grande el concurso de gentes estos dias; y todos decian vamos á la fiesta de *Tonantzin*. Y agora que está allí edificada la Iglesia de Ntra. Sra. de Guadalupe tambien la llaman *Tonantzin*, tomada ocasion de los predicadores que á nuestra Señora la Madre de Dios llaman *Tonantzin*. De donde haya nacido esta fundacion de esta *Tonantzin* no se sabe de cierto. Pero esto sabemos de cierto, que el vocablo significa de

su primera imposición á aquella *Tonantzin* antigua. Y es cosa que se debía remediar, porque el propio nombre de la Madre de Dios, Señora nuestra, no es *Tonantzin* sino *Diosinantzin*. Parece esta invención satánica para paliar la idolatría debajo equivocación de este nombre *Tonantzin*. Y vienen agora á visitar esta *Tonantzin* de muy lejos, tan lejos como de antes. La cual devoción también es sospechosa, porque en todas partes hay muchas Iglesias de Nuestra Señora, y no van á ellas; y vienen de lejas tierras á esta *Tonantzin* como antiguamente." Hinc deducit Muñoz Apparitionis traditionem multo recentiore esse eo tempore ad quod refertur ab ejus propugnatoribus.

Resp. Auctor textus prudentiae causa (ut illi videbatur, nam alii aliter sentiebant) improbat B. M. V. de Guadalupe dici *Tonantzin*, eo quod eo ipso nomine dicta fuerat falsa mater inanium deorum, quam mexicani idolatriae tempore colebant. Quod devotionem existimet suspectam quoniam Templum Guadalupense plus quam alii Templi B. M. V. frequentabatur, nullam vim habere potest, nam in eodem loco unde textum obiectum sumpsit Muñoz, quod titulum hoc habet *Continuacion del autor*, (de quo infra) postquam de aliquibus locis loquitur *continuator*, in quibus infideles falsis diis solemnia sacrificia offerebant, et in quibus post Evangelii praedicationem, tria templa edificata fuere, scilicet, B. M. Virgini, B. Annae, et B. Joanni Evangelistae, vel Baptistae, ita concludit: "Persuadieron á aquellas provincias á que viniesen como solian, porque ya tenían *Tonantzin*, *Toçitzin* y *Altepuchlli*, que exteriormente suena ó les ha hecho sonar á Santa Maria, á Santa Ana, y á San Juan Evangelista ó Bautista; y en lo interior de la gente popular que allí viene, está claro que no es sino lo antiguo: y así no es mi parecer que les impidan la venida ni la ofrenda, pero sí lo es que los desengañen del

error que padecen." Constat ergo continuatorem non improbare devotionem B. M. V. de Guadalupe, sicut non improbat devotionem B. Annae, et B. Joannis, sed tantummodo desiderare populum erudiri, ne forte contingeret quod propter nominum identitatem, dum imperitus vulgus videretur exterius B. M. V. et B. Annam, et B. Joannem venerare, revera et interius deos falsos ibi coleret, uti coluerat antiquitus. Cur hoc non adduxit Muñoz?

Praeter alia, haec verba, "De donde haya nacido esta fundación de esta *Tonantzin* no se sabe de cierto," fundamentum dederunt ut textus reputaretur corruptus, vel apocryphus. Ita Alcoser. (1) Dicendum textum non esse P. Sahagun. Nam 1.º, juxta Eguiara, (2) P. Sahagun theologus fuit eruditissimus, quomodo autem eruditissimus theologus ignorare potuisset B. M. V., veram Dei Matrem, etiam Matrem nostram dici piissime a christianis? At vero in textu, qui objicitur, improbatur, non solum causa prudentiae, verum etiam theologice B. V. M. dici Matrem nostram, id est, *Tonantzin*: dicitur enim: "Y es cosa que se debía remediar, porque el propio nombre de la Madre de Dios, Señora nuestra, no es *Tonantzin* (Mater nostra) sino *Dios inantzin* (Mater Dei). 2.º P. Sahagun peritissimus fuit Mexicanæ Linguae: (3) talis autem vir dicere minime potuisset nomen *Tonantzin* propter primam impositionem significare illam infidelium deam, quam dicebant *Tonantzin*; at vero textus hoc asserit his verbis, "Lo que sabemos verdaderamente es que el vocablo *Tonantzin* significa de su primera imposición á aquella *Tonantzin* antigua." Nomen hoc vi sua significat quamlibet matrem, quae amore aut reverentia prosequatur; componitur enim ex possessivo *to* (noster a

(1) Apología de la Aparición, etc. cap. X.

(2) Bibliot., art. Bernardinus Sahauntinus.

(3) Berist. Bibliot. art. Sahagun Fr. Bernardino.

um), ex substantivo *nantli* (mater), amissa finali *tli*, et ex nota reverentiae vel amoris *tzin*. Hoc ergo nomen deae illae fuit applicatum, sed non fuit prima ejus impositio deam praedictam significare; sed, ut dictum est, significat matrem dilectam vel honore habitam. Unde patet hoc nomen mexicanum *Tonantzin* recte dici de B. M. V. quam ut piissimam Matrem amore et reverentia prosequimur. 3.º P. Sahagun historiae nostrae fuit peritissimus: (1) at vir eruditissimus, qui Mexicum advenit anno 1529, qui cum primis missionariis conversatus est, qui res nostras diligentissime inquisivit, nullatenus dicere potuisset non certo constare unde orta esset guadalupensis fundatio prope Mexici urbem. Nam si fundatio nihil commune haberet cum Apparitione B. M. V. de Guadalupe, incredibile esset talem virum ejus causam ignoravisse: si fundatio facta fuit propter Apparitionem, B. M. Virginis, sive ut certam, sive ut falsam, sive ut dubiam illam habuisset P. Sahagun, absque dubio dixisset illam fundationem ortam fuisse ex Apparitione vera, vel ex Apparitione falsa, vel ex Apparitione dubia; vel dixisset non certo constare de veritate illius causae propter quam fundatio facta est: alienum autem esset a viro docto dicere non constare de causa, cum ejus intentio esset dicere non constare de qualitate causae.

Ut haec plenius intelligantur sciendum est opus P. Sahagun, de quo hic agitur, manuscriptum missum fuisse in Hispaniam. Neque ibi facile inveniebatur; sed D. Joannes Baptista Muñoz, cum Historiam generalem Indiarum esset scripturus, et libros quoscumque, quos consuleret inquireret, postquam frustra quaesierat opus P. Sahagun, sciens illud manuscriptum asservari apud franciscanos de Tolosa, Rege interveniente, praedictum opus obtinuit; quod transcriptum fuit diligenter. Hinc ad nos devenit opus P. Sahagun, et Mexici typ. datum fuit

(1) Beristain Bibliot., art. Sahagun Fr. Bernardino.

anno 1829 hoc titulo: *Historia general de las cosas de Nueva España, que en doce libros y dos volúmenes escribió el R. P. Fr. Bernardino Sahagun... Dala á luz con notas y suplementos Carlos Maria de Bustamante*. In primis libris hujus operis fuse tractat P. Sahagun de idololatria antiquorum mexicanorum. Nihil in illis adversus Apparitionem B. M. V. de Guadalupe: de aliis rebus tractat in aliis libris. In undecimo libro tractat de animalibus, de arboribus, et herbis, de lapidibus preciosis, de fontibus et fluminibus, de terrae qualitatibus, de montibus, etc. Hic liber, sicut et caeteri, dividitur in capitula, et capituladividuntur in paragraphos. In hoc ergo libro, in cap. XII, inter paragraphum VI et VII, interpositum aliquid invenitur, quod non est nec capitulum nec paragraphus, sed habet hoc titulum, *Continuacion del autor*. In hac Continuatione, occasione sumpta ex eo quod in § VI dictum fuerat de montibus, notitia datur antiquae idololatriae circa montes: atque inde sumpsit textum Muñoz.

Dicendum ergo non tantummodo textum a Muñoz adductum, sed totam hanc *Continuationem auctoris* ab alio esse introductam in libro XI operis P. Sahagun. Nam. 1.º Liber ille undecimus dividitur in capitula et capitula dividuntur in paragraphos. Quae rationabilis causa assignari posset ut P. Sahagun repente divisionis methodum perturbaret, atque inter capitis XII paragraphum VI et VII extraneo titulo illam *auctoris Continuationem* interponeret? Cur non paragraphum VI prosecutus est si illa, quae in *Continuatione* dicuntur, qualemcumque cum dictis in illo paragrapho connexionem habere intellexit? Aut Cur non in alio paragrapho illa posuit, ut divisionis methodus servaretur? 2.º Non in libro XI, sed in primis libris tractat P. Sahagun de rebus ad antiquorum mexicanorum idololatriam pertinentibus;

in libro autem undecimo, ut jam dictum est, tractat de animalibus, de arboribus, de lapidibus preciosis etc. Hinc manifestum est quod si P. Sahagun aliquid de idololatria addere voluisset, illud utique addidisset in aliquo illorum priorum librorum, quorum materia est idololatria, et maxime in cap. XX libri secundi ubi de idololatria in aliquibus montibus verba facit, et ideo ibidem locus erat proprius ad haec addenda, non vero liber undecimus, in quo tractat de rebus ad Zoologiam, ad Botanicam, ad Geographiam, et ad alia hujusmodi pertinentibus. Incredibile est P. Sahagun, virum sapientia praestantem, additionem suo operi extra locum proprium fecisse. Hinc concludere licet alium fuisse *Continuatorem Patris Sahagun*. Quod autem, *Continuationem* addendo, dixit homo quidam ignotus, qui et Theologiae, et Mexicanæ Linguae, et Mexicanæ Historiae non peritum se ostendit, auctoritate caret.

Obj. 6.—Fr. Joannes Torquemada, auctor operis, cui titulus *Monarquía Indiana*, cum pluribus conversatus est, qui anno 1531 vixerunt; atque de visionibus, et de revelationibus, quibus Dominus indos neophytos favisse dicebatur, scripsit: nulla autem revelatio ita praestans ut Apparitio B. M. V. de Guadalupe; non ergo illam praetermisisset si veram credidisset. Praetermisit tamen: ergo vel penitus illam ignoravit, vel si rumor aliquis vulgaris de illa audiebatur, spernendum censuit.

Resp.—Non unicam solutionem huic argumento exhibent auctores: verum brevitati consulendo, dicendum: 1.º Praedictum opus P. Torquemada non omnino integrum ad nos devenisse, quod patet ex Proemio praefixo secundae editioni: (Matriti anni 1723) nam, ut ibi dicitur, in prima editione, et omissiones et errores majori numero acciderunt quam ordinarie possunt accidere, et in ipso originali manuscripto aliqua ex intentione deleta erant, de quibus inconueniens visum fuit licentiam petere ad

illa typis edenda. Nihil autem concludi potest ex silentio alicujus auctoris de re aliqua, si ejus opus non integrum prae oculis habeatur. 2.º Dato quod P. Torquemada de Apparitione siluerit, silentium ejus prudentiae attribui potest, ne si indos magnopere exaltare videretur, exasperatis invidis, difficilior esset illorum defensio. 3.º Non omnino siluit Torquemada; nam non semel B. M. V. de Guadalupe meminit, et ejus templi. Hinc ait lib. 5, cap. 74. "Al Arzobispo que entónces lo era de México, D. García Guerra, vino nombramiento de virey . . . para el cual recibimiento salió de la ermita de Nuestra Señora de Guadalupe, donde había estado ántes en novenas." Et lib. 5 cap. 63 sic ait de Visitatore Landeras de Velasco, qui advenit anno 1607. "Llegó a esta esta ciudad, haciendo parada en Nuestra Señora de Guadalupe, donde todos los virreyes la hacen." Quod ostendit quanto honore illis temporibus prosequeretur B. M. V. de Guadalupe.

Obj. 7.—P. Fr. Ludovicus de Cisneros, in libro de Imagine B. M. V. a Remediis dictae, verba facit de Imagine B. M. V. de Guadalupe, quam dicit maxima devotione venerari, et de miraculis, quae, Deipara in hac Imagine invocata, operabatur Dominus, etiam loquitur. Cur, ea occasione oblata, non affert notitiam Apparitionis?

Resp.—Ut confitetur Muñoz, P. Cisneros non scripsit historiam B. M. V. de Guadalupe, sed historiam B. M. V. a Remediis; unde etiamsi nullum verbum fecisset de B. M. V. de Guadalupe nihil colligeretur, quoniam id non erat ejus propositum: dixit tamen haec. "El más antiguo (Santuario) es el de Guadalupe que está á una legua de esta ciudad á la parte del Norte, que es una Imágen de gran devocion y concurso, casi desde que se ganó la tierra, que ha hecho y hace muchos milagros, á quien van haciendo una insigne Iglesia, que por órden del Arzobispo está en muy buen punto." Hic auctor